

Gregor. Cyprian. D. Thom.

sed quandam insolentem minatur tyrannidem. Et similiter notarunt D. Gregorius ad hunc locum Divus Cyprianus Epistol. 38. S. Thomas 1. 2. q. 205. art. 1. Quomodo ergo Propheta vocat jus manifestum tyrannidem, & Prophanam licentiam, qua Principes contra omne fas in subditorum suorum perniciem grassantur? Reges dominatores beneplacitum suum, omni legi, rationique adversans, tanquam jus omni aequitate constitutum, volunt venerari, & reputari a subditis. Id, quod Rex erat praeceptorum, ut filios, filias, & agros tollerent, violentia erat omni justitiae repugnans; at tanquam jus ratione, justitiaeque firmatum inferioribus traderetur: nam saepe reges oppressiones suas, jus aestimari contendunt. Vide lib. 3. cap. 4. q. 11. num. 56.

Reges, qui contra justitiam precipiunt, jus aestimari volunt.

Marc. 6. n. 19. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, & non poterat.

VERSIONES.

Syriacus. Ipsa autem Herodias insidiabatur ei; & volebat eum interficere, nec poterat.
Vatablus. Cupiebatque occidere eum, nec poterat.

ALTER TEXTUS.

Matth. 14. n. 5. Volens, scilicet Herodes, eum occidere, timuit populum, quia sicut Prophetam eum habebat.

EXPOSITIO.

88. QUOMODO Matthaeus, & Marcus conveniant in hac re scribenda, explicabo quae sequenti. Nam Marcus scribit ea, quae primo contigerunt quando Herodes erat benevolus Joanni, tunc custodiebat eum ab insidiis Herodias: quae ideo Joannem non poterat occidere. Matthaeus scribit, quae subsequuta sunt, quando scilicet Herodes aegre ferebat reprehensionem Joannis, & victus precibus Herodias eum volebat occidere. Marcus narrans, quae primo facta sunt, ait: Herodias insidiabatur illi, scilicet Joanni. Quod intelligendum est, tam antequam Joannes in carcerem esset conjectus, quam postquam in illo detinebatur. Et si Marcus, antequam has proponat anticipationem, ut saepe fit. Insidiabatur illi, (Simon Cassian. lib. 3. cap. 3.) Impatiens est, ait, mulierum amor, & sibi insidari metuent, semper insidias machinatur, & nolens separari, a quo ligatur amore venero, qui hoc arguebat venabatur ad mortem. Omnis malitia nequitia mulieris, Eccles. 25. n. 17. Quod multis exemplis explicat D. Chrysol. homil. de decollat. Baptista, apud Metaphratt. &

Cassian. Mulieris amor impatiens. Mulieris nequitia mulieris. Eccles. 25. Chrysol.

habetur etiam in Homiliario. Errandem ait S. Doctor, Mulier mala, si afficitur concumelia, insanit; adulatione autem, & blanditiis, insolescit. Cum Herodias adverteret, Herodem bene existimare de Joanne, ob id magis sibi metuens per insidias illum tollere querebat.

Chrysol.

Et volebat eum occidere, & non poterat. Herodias omnibus modis mortem Joannis machinabatur, tamen non poterat interficere. Et statim Marcus subdit rationem. Herodes enim custodiebat Joannem. Nam ideo incarceravit, ut est probabile, & supra dixi cum Abulensi q. 15. in c. 14. Matth. ut eum ab Herodiade tueretur. Et docet D. Chrysol. serm. 173. Herodes adultera non vincebat animum, nefas tamen adultera differebat. Illa, ne esset arguens, a quo tendebat ad mortem; ille, ut placeret incesto, captivus ipse justum tantum tenuit, vincit inclusum. Herodes inclusit Joannem in carcere, ut placaret animum Herodias accusantis Joannem; sed minime quievit ira mulieris, quia e carcere adhuc Joannes Herodem reprehendebat. Vide quantum ab iniquorum disceptet justorum conditio? Joannes enim Herodias procurabat salutem; ipsa vero arguens tendebat ad mortem; ac nihil aliud, quam Joannem interficere, cogitabat.

59.

Abulens.

Chrysol.

Impii mortem justorum procurant, qui eorum salutem assestant.

Matthaeus narrans quae postea sunt subsequuta, ait, quod Herodes victus precibus Herodias, & petentibus argutionem Joannis, volebat eum occidere; sed timuit populum. Commotio populi maxime timenda, ut jam dixi ex Divo Thoma, A tribus timuit cor meum, delaturam civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem, Eccles. 26. n. 6. Et timebat, non Deum, sed populum. Et cum iste timor fuerit mundanus, non correxit culpam, nec emendavit peccatum, ut dicam q. 12. ex D. Chryologo.

60.

Populi commotio timenda. D. Thom. Eccles. 26.

QUESTIO XI.

Quomodo Matthaeus, & Marcus, quae videntur sibi contraria in narranda hac historia, conveniant inter se?

MARCUS scribens hanc historiam ait, quod Herodias insidiabatur Joanni, & quod volebat eum occidere, tamen non poterat; & statim versu sequenti apponit rationem. Herodes enim timebat Joannem, & custodiebat eum. Matthaeus hanc rem narrans, inquit, quod Herodes volebat occidere Joannem, sed timuit populum. Si ergo Herodes custodiebat Joannem ab insidiis Herodias, ne eum occideret; quomodo ipsa Herodes volebat eum interficere? Recte respondet Euthymius in Matth. cap. 14. quod Marcus, quod primum factum est, Matthaeus vero, quae postea subsequuta sunt. Primum enim, ait, Herodias negotium faciebat Joanni, volebatque illum occidere: Herodes vero non permittebat, sciens eum virum justum, & sanctum; cum autem vehementer illum urgeret, arguens, ac increpans eum; tandem Herodes hinc quidem devictus molestia; hinc autem vim quodammodo ab Herodiade perceptus, pudorem in iram commutavit: nec omnino quiescere volebat

60.

Euthym.

Vera, & germana explicatio.

62. Lyran. Anselm. Cajetan. Animus filius Herodias. Hieron. Beda.

Matth. 13.

63. Jansen.

Voluntas inconstans in Herode.

Peccator inconstans atque mutabilis.

64. Genes. 4.

Chald.

Phil. Abb.

Peccator constantem locum non habet.

volebat eum occidere timens verum multitudinem, vinxit eum quasi puniens, & ligavit eum, ne varia loca circumveniens objurgaret eum: Et haec sententia est vera, & eam sequitur Abulensis c. 14. Matth. quae 14.

Secundo Lyranus, D. Anselmus, & Cajetanus ad illa sequentia verba: Libenter eum audiebat; asseverant, quod ea, quae Marcus de Herode praedicat, intelligenda, non verum ita in eo fuisse, sed apparenter tantum; ita ut propter timorem populi simularet, se metuere Joannem, & libenter eum audire, ac observare eum. Et huic sententiae favent D. Hieron. Beda ad illa verba, Conristans est Rex. Et quia Herodes habebat hujusmodi animum fictitium, a Christo appellatur vulpes: Dicitur vulpi illi, Matth. 13. num. 32. Et quid mirum, quod Herodes in tanta prolapsus peccata; semper enim simulatio multa maligne operatur. In hac ergo sententia Herodes ex suo animo volebat occidere Baptistam; tamen juxta Marcum, secundum actus exteriores custodiebat eum, ne ab Herodia de interficeretur, ne contra se populi commotionem excitaret. De veritate hujus sententiae dicam expositione sequenti.

Tertio Jansenius ait, Herodem partim quidem voluisse occidere Joannem; partim noluisse: ita ut fuerit in eo voluntarium permixtum involuntario; sicut de pigro dicit sapiens, quod vult, & non vult. Cupivisse eum occidere, ac Herodias obsequi, quatenus contrarius erat suae libidini, ab eoque sibi male timebat; verum nec quod hac ratione volebat, audebat facere: timor populi retraxit, ut dixit Matthaeus; ac sanctitatis consideratio, veneratio, ut dicit Marcus. Duae enim erant causae, quae ab occidendo revocabant Herodem, quamvis id satis euperet, quorum alteram divinorem recenset Marcus, quia cognoscebat Joannem, virum justum, & sanctum; alteram carnalem Matthaeus reddit, significans, non tantum, sanctitatis venerationem apud eum habuisse pondus, ut ob eam intermisisset viri sancti necem, si non magis populi in se incursum metuisset. Hinc autem dicendum, quam pugnant, ac portento saeres sit impius a Deo rejectus, dum partim conscientiae suae, partim mundo, partim libidini suae satisfacere studet; & in nullo sit permanens, sed ubique inconstans.

Ait Cains Domino: Ecce ejicis me hodie a facie tua: ero vagus, & profugus in terra, Genes. 4. num. 14. Sed dic mihi, o homo, cur vagus eris in terra? Nonne tu primus omnium aedificasti tibi civitatem? ut constat ex eodem cap. 4. num. 17. si tuam habes civitatem, fige pedem, siste locum in ea. Quae te cogit exire extra tuam civitatem? cum Cains esset peccator, bene ait de se, Ero vagus, & profugus, seu, ut habet Chaldaicus: Ero instabilis, & transigrans in terra. Peccator semper maxime est inconstans, & in nullo scit quiescere permanere. D. Philip. Abb. de silentio Clericorum, c. 170. Vagus & profugus, ait, miser miserrime tunc habetur, cum undique deseruit a gratia, solo vitio non tenetur, sed habet solis per multa, & varia circumfertur, nullis valens resistere, cunctis persecutibus amfertur a mundanis nequitia ad omne revocantis consilium obstinans, non recordans veniam, morti perditia desinat, ad omnem statum, vel impulsu cuiusque pravitate fertur, ut stipula rapitur, ut palea suo vitio levitatis.

Sylveira in Evang. Tom. II.

Ait Sophonias cap. 1. num. 11. Ululate habitatores pila, quia conivit omnia populus Chanaan. Septuaginta verum legunt: Quia assimilatus est omnis populus Chanaan. Convocat Propheta ad planctum, & ululatum habitatores pila. Pila est instrumentum, in quo frumenta trunduntur. Per hanc metaphoram denotat habitatores civitatis, quae multis suppliciis perfundata est a Deo. Sed cur, juxta Septuaginta, dicitur, quod omnis populus istius civitatis peccatricis assimilatus sit Chanaan? nam, juxta D. Hieronymum, Chanaan, est, commotio; & bene peccatores commotioni similes dicuntur, quia peccator, cum sit valde inconstans, semper commovetur de uno ad aliud, & in uno persistere nequit. Divus Hieronymus ad citatum locum: Quia peccatum peccavit Jerusalem ideo in commotionem facta est, populus dicitur Chanaan; quod interpretatur commotio. Non enim potest dicere: Stans super petram pedes meos: sed incertum & fluctans semper in motu est. Unde & Noe vir sanctus, postquam evigilavit a somno, ex maledictione nomen imposuit Chanaan; dicens: Maledictus Chanaan famulus erit fratrum suorum. Genes. 9.

65. Sophon. Septuag.

Hieron.

Idem.

Genes. 9.

Marc. 6. n. 20. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum justum, & sanctum; & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

VERSIONES.

Syriacus. Namque Herodes timebat a Jochanon; propterea quod sciebat, eum esse virum justum, & sanctum: & observabat eum; multaque audiebat ab eo; feceratque, ac suaviter audiebat eum.

Arias, & multi ex Graco. Et conservabat eum, & audito eo multa faciebat, & prompte, ac suaviter audiebat eum.

EXPOSITIO.

DIXERAT immediate antea Evangelista, quod Herodias volebat occidere Joannem & non poterat; modo ait: Herodes enim metuebat. Illa particula enim, ut observavit Cajetan. Gloffa, viri sui etiam hostibus in reverentia sit. Ad hunc sensum Vatablus, & Sa explicant verbum timebat, hoc est, verebatur. Vereri proprie est extimescere cum verecundia, seu commoveri honestatis gratia. Sciens eum virum justum, & sanctum. Gloffa: Sciebat Baptistam justum; quoad homines; sanctum vero quoad

66.

Cajetan.

Gloffa.

virus sui etiam hostibus in reverentia.

Vatablus.

Sa.

Gloffa.

Gloffa.

Gloffa.

Gloffa.

Gloffa.

Gloffa.



Baptista sicut in inimici etiam agnoscebant. Gloss. Siritiacus.

Anselm. Lyran. Cajetan.

Solus Baptista devotus bene opinatus in populo.

Barradas. Abulens.

Syriacus.

67.

Glossa. Verus auditor Verbi Dei omnia esse qui debet. Barradas.

quoad Deum. Tanta erat sanctimonia vitæ Baptista, ut tam quoad homines, etiam inimicos, quam quoad Deum, omni iustitia plena videretur. Et custodiebat eum. Glossa explicat, ab Herodiade, ne interficeretur, Syriacus habet: Observabat eum; seu ejus dicta. Aliqui, ut Divus Anselmus, Lyranus, Cajetanus, & alii, quos citavi quæst. superiori in 2. ratione, volunt, quod hoc fuerit animus fictus in Herode, & fortasse habebat hujusmodi fictionem, ut estimaretur bene affectus erga Baptistam, & ita reconciliaret sibi magnam opinionem erga populum, nam solum devotus Baptista bene opinabatur, ut dixi ex Alberto Magno lib. 3. cap. 2. quæst. 30. num. 99. Tamen aliquando, & pro aliquibus actibus non fuit Herodis animus simulatorius, sed verus, ut tenent Barradas, Abulens. cap. 4. Math. quæst. 18. Et hoc indicant verba Evangelistæ: Sciens eum virum justum, & sanctum, custodiebat eum, & libenter audiebat. Syriacus, suaviter audiebat; quamquam in hoc non perseveraverit, ut explicabo quæst. sequenti.

Et audio multa faciebat, ait Glossa, quia putavit, eum spiritu Dei loqui. Multa faciebat. Nec ex eo perfectus Dei auditor consensus est, sed Verbi divini contemptor; quia non sufficit, aliquid ex his, quæ audiuntur, perficere, nisi omnia executioni mandentur. Huc tendit Barradas 129. Memento, ait, scriptum Marc. 6. quod Herodes libenter audiebat Joannem: sed beatus foret, si audita libenter æque servasset. Denique non qui audiam, sed beati, inquit, qui audiunt, & custodiam verbum Dei.

QUÆSTIO XII.

Quomodo Herodes in Joannem tam bene affectus, eum occidere voluit, ut Mattheus scribit?

68.

Gloss.

Quantum ex hac littera Marci colligitur, valde propensus erat Herodes in Joannem: nam ipsum custodiebat, ut explicat Glossa, ne interficeretur ab Herodiade, & libenter eum audiebat. Tamen, ut narrat Math. 14. num. 5. voluit eum occidere. Quod, ut explicant q. 11. ex Euthymio, postea factum est: nam primò libenter audiebat, & custodiebat eum: subsequenter verò mutata voluntate eum occidere voluit. Unde ergo provenit hujusmodi mutatio, ut eum vellet occidere? Et hæc quæstio concidit eum ipsa quæstione 11. quæ est videnda; res tamen hæc latius est explicanda.

69.

Abulens.

Respondet primò Abulens cap. 14. Math. quæst. 18. quod Herodes venerabatur Joannem, sciens eum virum justum, & ipsum libenter audiebat, ac custodiebat ab insidiis Herodiadis, ne ipsum interficeret. Tamen, cum Herodias sæpè apud Herodem oraret pro morte Joannis, flexus ille uxoris blanditiis, concepit animum occidendi Joannem posthabita sanctitatis reverentia. Mulieris enim jaculatoria verba animum vincunt, & attrahunt omne malum. Et ideo Salomon. Proverb. 2. num. 16. nobis commendat esse maximè cautos. Ut eruaris à muliere aliena, & ab extranea, qua molit sermones suos. Mulier extra-

Mulieris preces animum vincunt. Prov. 2.

nea, & quæ non est tua, blandis, ac mollibus verbis, ut communiter explicatur, animum delinunt labefactat, ac mille dolos ad capiendum tendit. Unde eleganter cecinit Codrus Magnus Poëta?

Codrus.

Sydera non tot habet calum, non flumina pisces, Quot scelerata gerit sœmina mente dolos.

Herodem tamen timor populi cohibuit, ne Joannem interficeret; & per multum tempus hanc pravam voluntatem occultavit, ac dissimulavit.

70.

Secundò. Multi ita explicant, quod Herodes metuebat Joannem, & custodiebat, ac libenter audiebat; antequam Joannes eum corripere de sua execranda libidine, & quando solum de virtutibus, ac virtus abstracte, ac in communi loquebatur: tunc enim integritas, ac puritas Joannis non erat invisæ Regi. At postquam divinus Prædicator in Regis petulantem libidinem incurrit, cumque vehementer arguit, dicens: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Ecce jam totus animus Regis ita efferbuit, & nihil aliud totis visibus parat, quam Prædicatorem veritatis jugulare. Veritas odiola Regibus. Et ita ait Achab de Michæa Propheta: Odi cum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, 3. Regum 22. num. 8. Tum etiam necatur Joannes, ut Rex majori cum libertate suo indulget appetitui, ut eleganter dixit D. Fulgent. serm. de decolatione Baptistæ: Ut luxuriatur Herodes, necatur Joannes.

Veritas odiola Regibus. 3. Reg. 22.

Fulgent.

Tertiò perbelle Divus Chrysologus sermone 27. dum considerat verba Math. 14. num. 5. supra data: Volens eum occidere, timuit populum; sic ait sanctus Pater: Facile deviat à iustitia, qui in causis, non Deum, sed hominem pertimescit. Hic timor, peccati facultatem differre potest, auferre non potest voluntatem. Unde etiam quod suspendit à crimine auditores, redit ad crimen, & astuat animo, quousque perficiat, quod cogitat malum. Solus Dei timor, qui mentes corrigit, fugat crimina, innocentiam servat, perpetuum tribuit facultatem. Quamvis Herodes agnosceret, Joannem esse virum justum, & sanctum, tamen volebat eum occidere, & dissimulat per tempus hanc voluntatem, & licet in viro fulgentissimum divinæ gratiæ, & Omnipotentis Dei lumen effulserit, minime tamen obtenebrata Herodis mens illuminatur; imò unius vanæ salutaris vocis tantum viri caput concedit. Sed unde tantum depravatur voluntas Herodis, ut Joannem vellet occidere, contra id, quod intellectu capiebat, sciens eum virum justum? Vide quid dicitur: Timuit populum, & facile deviat à iustitia, qui in causis, non Deum, sed hominem pertimescit. Totum Herodem tenebat, non divinus, sed mundanus timor; solus enim Dei timor mentem à peccatis refrænât; humanus verò, etsi faciat dissimulare depravatam voluntatem, minime tamen aufert. Et ideo ait D. Zeno sermone de timore: Sine sine quisque studet timere, ne quid præter Deum, quem diligit, timeat. Vide lib. 2. c. 6. n. 11. & cap. 2. n. 23.

Solus Dei timor à peccatis refrænât.

Zeno.

Quartò. D. Basilus Seleucus orat. 18. Mibi vide, ait, Diaboli artem, ut ad impietatem ex levioribus erratis extrahat. Primum fraterni cubituli professorem fecit, & successorem, ut ex adulterij fossa ad Baptistæ castrum transire faciat. Malum vero tempore altum crescit in quamvis libertatem

72. Basil. Seleucus.



CAP. V.

Colloquium Christi cum Samaritana, quæ vocatur à Christo.

Ioannis 4. n. 1. Ut ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi, quod Jesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Joannes.

VERSIONES.

Syriacus. Cognovit autem Ieschua, audisse Perischaos, ipsum discipulos multos facere, magisque baptizare, quam Iouchanon.

Vatablus. Ut ergo cognovit Dominus audisse Pharisæos, Jesum plures discipulos addiscere, & baptizare, quam Joannem.

D. Augustinus. Quod plures discipulos faceret, quam Joannes & plures baptizaret.

EXPOSITIO.

Hic versus terminatur n. 3. dum dicitur: Resiliit Iudæam, & abiit in Galilæam. Quod hic discessus in Galilæam fuerit post incarcerationem Joannis significat D. Math. 4. numero 12. Cuiusmodi Iesus, quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam; Marci n. 14. Et ita tradunt D. Augustinus lib. 2. de consensu Evangelicorum in sua Concordia Evangelica. Gerson, Beaulxames, Barradas, Corder. in cap. 4. Ioann. & Baron. annot. 3. in epitome, n. 20. Abulens verò in cap. 4. Math. quæst. 84. & 85. & Rupertus lib. 4. in Ioan. existimant, Christum discessisse in Galilæam ante Baptistæ incarcerationem. Fundantur: quia ait Evangelista: Ut cognovit Iesus, quia Pharisæi audierunt, quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Joannes, reliquit Iudæam, & abiit in Galilæam. Ergo videtur Evangelista innuere, quod Joannes nondum erat incarcerationis, & adhuc baptizabat, & faciebat discipulos. Sed facile solvitur objectio. Nam Pharisæi non indignabantur, quod Iesus plures discipulos faceret, Joannis zelo, sed invidia moti, ut statim dicam. Et ideo re- Et August. citato loco solvit objectionem, quod ita exponendus est locus, quod audierunt Pharisæi, quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Joannes fecerat, & baptizabat, antequam esset coniectus in vincula.

1.

Math. 1.

Marc. 1.

August.

Gerson.

Beaulxames.

Barradas.

Corder.

Baron.

Abulens.

Rupertus.

August.

Remig.

73. Ambros.

Math. 19.

Chrysof.

Hieron.

Paschaf.

Anselm.

D. Thom.

Euthym.

Theoph.

August.

Origen.

Idem.

Juvenal.

bertatem. Semper iniquus de peccato in peccatum ruit. Herodes luxurioso incestu detentus minimè quievit, sed timore mundano repletus ad contemptum Dei procedens, in crudelitatem dilabitur. Primò prophetam incarcerationi, & ulterius in ipsa nequitia proficiens capite Joannem jugulavit. Ita ait Divus Remigius in Math. cap. 14. Libidiosa voluntas eum coegit, in Joannem manum mittere, quem sciebat, justum & sanctum. Ac per hoc datur intelligi, quod minus peccatum factum est causa majoris peccati, iuxta illud. Qui in sordibus est, sordescat adhuc.

Eleganter hanc rem explicat Divus Ambrosius in Psalm. 1. ad illa verba, In cathedra pessilentie non sedit; post multa verba ait: Cavenda ergo prima sunt vitia, ut in plura deinde graviora proserpant. Etenim sicut ij qui se in lato versant, quo magis voluntantur, eo amplius inquinantur: ita qui semel se luto improbitatis asperserit, nisi ab eo velociter exiliat, gravius sibi dedecoris sui cœnum per singulos dies lutulenta conversationis obducit. Ecce quantum malum fit peccatum peccatis addere, ita ut ad barathrum extremæ malitiæ, ac miseriæ detrudat hominem. Ait Christus Dominus Math. 18. numero 15. Si peccaverit frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Fratri nomine Christianus homo intelligitur, ut suo loco dicam. Et hic esse sermonem de peccatis mortalibus, tenent D. Chrysostomus, D. Hieronymus, D. Paschasius, D. Anselmus, S. Thomas, Euthymius, Theophilactus ibi cum D. Augustino serm. 16. de verbis Domini. Origenes verò homil. 6. in Math. de venialibus peccatis locum explicat. Sed bone Deus, si homo fidelis delinquat, & ter admonitus à peccato non recedat, habendus est tanquam Ethnicus, & publicanus; nonne ipse fidem retinet, ut vult Maldonatus? Ergo ex ipsa persistencia peccati, ut Ethnicus habendus est. Ecclesiam non audire, & ei non obedire, peccatum est; qui ergo in peccato persistit, & peccatum peccatis addit, omne nefas, & malum de eo suspicari ac præsumi potest; ideo talis fugiendus, ac vitandus est à nobis, Ethnicus & publicanus. Origenes citata homilia 6. Qui ergo, ait, in peccato levi correptus ter, secundum quod diximus, non se emendat, nos quidem sic eum debemus habere, quasi publicanum & Ethnicum. An etiam à Deo quasi publicanus, & Ethnicus iudicetur, non est nostrum pronuntiare, sed est in iudicio Dei. Deus uniuscujusque cor intuetur; at nos si viderimus hominem in peccato etiam levi perseverantem, vel de uno in aliud prolabantem, devitemus eum, ut Ethnicum, & publicanum, ut admonet Christus de eo, qui de peccato fratris prolabitur in Ecclesiæ contemptum: nam ut cecinit Juvenalis:

Nemo repemè sit turpissimus, Nisi dum unum peccatum alteri associatur. Vide hoc libro cap. 13. num. 134.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

De nece Joannis inferius erit dicendum suo loco.

Sylveira in Evang. Tom. I.

M 2 Repressit